

REGULA LXXXV.

Contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde desumpta?
- 2 Quomodo intelligenda?
- 3 Quis rerum suarum arbiter est. Ibid.
- 4 Ponitur verus sensus Regule.
- 5 Fallit Regula, quando privata conventio est contra substantiam contractus: aut jus publicum. & num. seqq.
- 6 Item, si turpis, aut inhonesta, seu de re turpi, inhonesta est.

**D**esumitur hæc Regula ex l. 1. §. 6. ff. Depositi. ibi: Contractus enim legem ex conventionem accipiunt. & l. Contractus. 23. ff. de Reg. Jur. ubi postquam singularem explicatum fuit, quinam contractus dolum malum duntaxat recipiunt: quinam dolum, & culpam; ibi: Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt: quidam & dolum, & culpam: dolum tantum, depositum, & precarium: dolum, & culpam, mandatum, commodatum, & venditum, pignori acceptum, locatum, idem dotis datio tutelæ, negotia gesta. In his quidam & diligentiam societatis, & rerum communio, & dolum, & culpam recipit: statim subiungitur: sed hæc ita, nisi si quid nominatim convenit, vel plus vel minus, in singulis contractibus: nam hoc servabitur, quod initio convenit: legem enim contractus dedit: excepto ed, quod Celsus putat, non valere, si convenerit, ne dolum præstetur; hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium est: & ita utitur.

**Q**ueritur I. Quomodo hæc Regula intelligenda; & quis proprius illius sensus sit? Resp. I. Per verbum legem Regula intelligit formam, naturam, & modum obligationis in contractu, vultque dicere, qualiter, & quomodo obliget contractus, ex contrahentium dependere voluntate & speciali conventionem, quæ inter eos legem privatam constituit, quæ indicatur, qualiter, quo modo, quo tempore, quo loco, quibus sub conditionibus quis ex contractu obligatus existat; cum enim quilibet rerum suarum moderator, & arbiter existat: l. in re mandata. 21. C. Mandati. possunt contrahentes ad invicem convenire & pacisci, sibi que legem observandam imponere, quo modo, quo loco, quo tempore, quibus sub conditionibus contractus eorum obligent. l. In traditionibus 48 ff. de Pactis. & l. 1. C. eod. quæ etiam iuxta legitimam sanctionem, pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibile de Jure, vel de facto nullam obligationem inducunt. Hinc Celsus putat, non valere, si convenerit, ne dolum præstetur; hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium est, ut dicitur in l. Contractus. 23. ad fin. de Reg. Jur. in 6. ibi: Nemo potest ad impossibile obligari. Huc servitur etiam dicta supra ad cit. Reg. VI. & ad Reg. LXIX.

REGULA LXXXVI.

Dammum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde?
- 2 Non tantum ex sua culpa, sed etiam qui ex causa, quam ipse sine delicto præbet, damnum sentis sibi imputare debet.

**I**tem, quo modo, quo tempore, quo loco, quibus sub conditionibus contractus aliquis obliget, dependet ex speciali contrahentium pacto, seu conventionem, quæ legem mutuo obligantem sibi imponunt. Per rationem, & Jura jam allegata; Et quoniam sensus Regule ex se clarus est, opus non habet, ut exemplis Juris declararetur: præsertim cum quis sibi exemplare formare facile possit; si enim vendis domum tuam mutua sub conventionem, ut pretium simul, vel per partes, hoc vel illo tempore: in hac, vel illa moneta, hoc vel illo loco solvatur: eo modo, quo conventum est, solvendum erit per Jura allegata.

**Q**ueritur II. An, & quæ prærens Regula habeat Fallentia? Resp. Eam fallere 1. quando conventio contrahentium fit contra formam substantialem, seu essentiali contractus à Jure præscriptam: seu, si est contra jus commune, & publicum. arg. l. Leges. 7. C. de Legibus & Constit. Princ. ibi: Leges, & constitutiones futuris certum est dare formam negotiis. & l. Jus publicum. 38. ff. de Pactis. ibi: Jus publicum privatorum pactis mutari non potest. juncto c. Si diligenti. 12. in fin. de Foro compet. ubi dicitur: cui (indulto publico) privatorum pactio derogare non potest. Hinc, quia de substantia, & essentia cuiusvis contractus est consensus, quævis conventio irrita habetur, ubi verus deest consensus. l. 1. ff. de Pactis. Et ideo Regula intelligi debet de conventionem circa accidentalia, non verò circa formam substantialem contractus, utpote quæ invariata manere debet. Strein. h. c. n. 3. cum communi aliorum. arg. l. Novationum. 8. C. de Novationibus.

**D**icitur autem notanter: contra Jus commune, aut publicum: siquidem pactum, per quod tollitur jus privari sibi publica autoritate concessum valet: secus, si tolleretur jus commune, ut ait Rubrum in l. Juris gentium. 7. §. Si paciscar. 13. ff. de Pactis. Hinc quamvis in favorem emptorum jure cautum sit, quòd venditor teneatur de evicitione, est in contractu emptio-nis vel venditionis nil fuerit expressum; tamen si venditor & emptor specialiter conveniunt, quòd ille de evicitione non teneatur, conventio huic standum est, prout amplius dictum & probatum habetur Lib. III. Tit. 17. §. 12.

**F**allit 2. si conventio contrahentium est turpis, vel de re turpi, inhonesta, aut impossibili, de jure, vel de facto c. fin. de Pactis. in fin. ibi: Nam etiam iuxta legitimam sanctionem, pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibile de Jure, vel de facto nullam obligationem inducunt. Hinc Celsus putat, non valere, si convenerit, ne dolum præstetur; hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium est, ut dicitur in l. Contractus. 23. ad fin. de Reg. Jur. in 6. ibi: Nemo potest ad impossibile obligari. Huc servitur etiam dicta supra ad cit. Reg. VI. & ad Reg. LXIX.

- 3 Idem est, si iacturam lucri.
- 4 Ponitur verus sensus Regule:
- 5 Declaratur exemplis. & seq.
- 7 Projiciens aliquid ex alto, & prius non clamans, reus damni inde secuti est; secus si clamat.

Desit.

**D**esumitur hæc Regula ex l. Quod quis. 203. ff. de Reg. Jur. ibi: Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire.

**Q**ueritur, quomodo hæc Regula intelligenda? Et quis verus illius sensus sit? Resp. I. Quamvis Regula ex se perspicua videatur, tamen notandum, quòd per verba, sua culpa intelligitur non tantum quævis culpa Theologica, vel civilis: sed insuper quævis causa, quam quis ipsemet, etiam absque dolo & ullo delicto, liberè præbet ad damnum incurrendum: sic enim, si quis, dum dimidium rei, prædii v.g. pacifica transactione acquirere possit, putans, se habere justam causam, bona fide actionem in iudicio pro toto acquirendo instituit, & succumbendo totum perdit, ac insuper ad expensas condemnatur, damnum sibi ipsi imputare debet, quia eisi nullam culpam, vel dolum commiserit, causam tamen damni ipse præbetis sua sponte præteligendo item. l. Ipse dispice. 1. C. de Edendo. Sic etiam, qui bona fide, absque ulla culpa vel dolo compromittit in arbitros, horum sententiam etiam minus justè, & sibi plurimum damno esse stare, sibi que, & non aliis imputare debet damnum inde secutum, quia ad id ipsemet causam præbet, sponte compromittendo in arbitros. l. Diem proferre. 27. §. 2. ff. de Receptis, qui arbitrium. ibi: Stare autem debet sententia arbitri, quam de se dixerit, sive æquè, sive iniquè sit: & sibi imputet, qui compromittit. Nam & Divi Pii rescripto adjicitur: vel minus probabilem sententiam æquè animò ferre debet.

**N**otandum ulterius, verbò Damnum in Regula non tantum damnum positivum, sed & lucri carentiam intelligi, ita ut sibi, non aliis imputare debeat, si damnum, siue carentiam lucri sentiat ex sua culpa, seu causa, quam ipse præbet; cum damnum pati, & lucrum perdere, paria sint arg. l. Proinde. 2. 2. in fin. ff. ad Leg. Aquil. Hinc Clericus; cui primò vacatura Præbenda per Sedem Apostolicam fuit concessa, si eam, quæ primò vacat, petere negligit, sibi imputare debet, quòd carentiam totius incurrat gratiæ. c. Si Clericus. 11. de Præbend. in 6. ubi ratio additur illis verbis: Cùm facta ei gratia per ipsius negligentiam sit extincta. Item est de aliis beneficiis & gratis ad certum tempus promissis, ac neglectis; quia universim iura vigilantiibus sunt scripta l. Pupillus. 24. ff. Qui in fraudem creditorum. in fin. ibi: Jus civile vigilantibus scriptum est. Hinc

**R**esp. II. Verus Regule sensus sequens est: Damnum, vel iacturam lucri; quam quis sentit ex sua culpa, vel causa, quam ipsemet liberè præbet, sibi, &

non aliis imputare debet. Ratio Regule est: Tum, quia Non debet aliquis alterius odii prægruari. c. Non debet. 2. de Reg. Jur. in 6. Tum, quia culpa suos, non alienos tenet auctores. l. Sanctimus. 22. C. de Penis. ibi: Peccata igitur suos teneant auctores: nec ulterius progrediatur metus, quam reperitur delictum. Tum, quia est etis sue cause, non alteri imputandus est. arg. c. Cum cessante causa. 60. de Appellation.

**D**eclaratur, & firmatur Regula amplius exemplis Juris; præter enim jam allegata ulterius pro exemplo servit, quòd si procurator, aut negotiorum gestor debitum solvit, sibi, non domino damnum imputare debeat. l. Si quis. 23. ff. de Negot. gestis. ibi: Si quis negotia aliena gerens, debitum exegerit, restitueri cogitur: de eo autem quòd debitum solvit, magis est, ut sibi imputare debeat. Sic etiam, si unus sociorum ex suo delicto in partem incidit, sibi soli imputare, ipseque solus non consocii sentire debent. Quam duobus, 52. §. fin. ff. Pro Socio & l. 53. ff. eod. ibi: Quod autem ex furio, vel ex alio maleficio questum est, in societatem non oportere conferri, palam est: quia delictum turpis atque sicta communitio est. Sic ulterius, qui absque inventario hæreditatem adit, indeque damnum sentit, sibi, siæque in providentiam, non aliis imputare debet. l. fin. C. de Jure delibandi &c.

**S**ic rursus, si quis ex præscriptione rei suæ damnum patitur, suæ negligentia adscribere habet, quòd intra præscriptionis tempus de rebus suis non indagaverit, easque vindicavit. arg. l. 1. ff. de Usurpat. & Usucap. Sic etiam, qui ad societatem negligentem socium assumit, indeque damnum sentit, hoc sibi imputare debet. §. fin. Inst. de Soc. et. qui parum diligenter socium sibi assumit, de se queri, sibi que hoc imputare debet. Sic pariter, qui administrationem rerum suarum imperperis, ac ineptis committit, vel servos minus habiles conducit, damnum inde sequens sibi imputare debet. l. Videamus. 11. ff. Locati.

**S**ic ulterius, si putator, ramos ex arbore dejiciens, vel alius machinarius in tempore clamet, ut prætereuntes, à periculo sibi caveant, & hi cavere negligant, his, non illis damnum, etiam homicidium secutum imputandum; secus si non tempestivè, vel penitus non clamet. l. Si Putator. 31. ff. ad Leg. Aquil. ibi: Si putator, ex arbore ramos cum deiecit, vel machinarius hominem prætereuntem occidit: ita tenetur, si is in publicam decedit, nec ille proclamavit, ut casus eius evitari possit &c. Sic innumera alia in quavis ferè materia reperiantur Juris exempla.

REGULA LXXXVII.

Infamibus portæ non pateant dignitatum.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde?
- 2 Sicut infamia duplex est, Juris nempe, & facti: ita alii sunt infames infamia Juris, alii infamia facti.
- 3 Infames infamia Juris quinam in specie?
- 4 Ponitur verus sensus Regule.
- 5 Adducuntur rationes, cur infames, siue de Jure, siue de facto, non sint assumendi ad munera honorifica, ibid. & seq.
- 6 Dignitas & honor sunt præmium virtutis.
- 7 Infames infamia Juris à dignitatibus non tantum impedit, sed iis etiam privat: requiritur tamen ad id sententia Judicis.
- 8 Infamia facti, si constanti publica emendatione aboletur, non impedit obtinere dignitates.
- 9 Procuratoris officium de Jure inter munera honorifica non reputatur, bene verò de consuetudine.

Reiffenhuvel Jus Can. Tom. VI.

**H**æc Regula desumitur ex l. 2. C. de Dignit. ibi: 1. Neque sanctorum & notatis, & quos scelus, aut vitæ turpitudine inquinat, & quos infamia ab honorum metu segregat, dignitatis portæ patebunt.

**Q**ueritur, quomodo hæc Regula intelligenda? & quis verus illius sensus sit? Ante responsum notandum, Infames alios esse infamia Juris, seu de jure: alios infamia facti, seu ex facto, prout nempe infamia est, quæ laborant, hæc siquidem duplex est, Juris nempe, & facti. Infamia Juris est, quæ ex dispositione ipsius Juris contrahitur ob certa delicta: idque vel statim ipso facto: vel per sententiam Judicis; & hæc infamia inquinati dicuntur infames infamia Juris, vel infames de jure. Infamia facti est, quæ non quidem ex Juris dispositione, sed ex talibus factis, & delictis contrahitur, propter quæ bona opinio, atque estimatio apud probos ac honestos viros gravatur: & hæc infamia notati vocantur infames infamia facti, seu ex facto.

R

Quinam



quemquam diceret quod non sentiret, ut maxime nomine usus sit, quod id appellari solet: nam vocis minister id uimur. Resp. Speciosam quidem, sed minus stringentem esse hanc, ex legibus desumptam objectionem; quia nemo negat, verba esse indicia mentis nostrae, eaque juxta propriam significationem accipienda venire, ubi sunt clara & manifesta, & de vero illorum sensu nulla ratio dubitandi occurret. Verum ubi nuda verborum significatio varia, vel intentioni ac menti dicentis contraria apparet: vel si nudus sensus verborum, ut jacent, aliquid absurdum, iniquum, à recta ratione devians, & ab aliis legibus manifestè reprobatur inuitt, utique nudæ hujusmodi significationi non inhærendum, sed ad mentem, voluntatem, & intentionem dicentis, seu legislatoris ex ratione & fine legalisque circumstantiis colligendam necessariò, & prudenter recurritur juxta apertos Juris textus supra allegatos, quibus claris textibus cum textus apparenter duntaxat, non autem verè contrarii, in objectione positi, juxta responsum nostram facile concordari possint, eos sic concordare, rationi & juri consonum est; Cum expediat concordare Jura Juribus, & eorum correctiones (si suscipi valeant) citari. c. Cum expediat. 29 de Elect. in 6.

Finit Pontifex Bonifacius VIII. conditas à se Regulæ Juris in Sexto illis verbis:

FINIS.



CAPUT

CAPUT TERTIUM,  
SEU APPENDIX,  
DE REGULIS JURIS  
CIVILIS.

Juxta promissum, in Frontispicio & Proemio, subjungimus hic Appendicem; & Caput tertium de Regulis Juris Civilis pro compendiosa notitia præferim eorum, quibus Corpus Juris Civilis non semper ad manus est; Et quidem pro commodiori usu ponimus illas præ eo ordine, quo in Digestis Lib. 50. Tit. 17. posite sunt, dein etiam ordine alphabetico.

Sequuntur ergo Regulæ Juris Civilis eo ordine, quo in Jure, citato loco inveniuntur posite.

I.  
De Regula.

Regula est, quæ rem, quæ est, breviter enarrat. Non ut ex Regula Jus sumatur, sed ex Jure, quod est, Regula fiat. Per Regulam igitur brevis rerum narratio traditur, & (ut ait Sabinus) quasi causæ conjectio est: quæ, simul cum in aliquo vitata est, perdit officium suum.

II.  
De Feminis. De Impubere.

Femine ab omnibus Officiis civilibus, vel publicis remotæ sunt: & ideo nec judices esse possunt, nec Magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere. 1.) Item impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere.

III.  
Non nolle, velle.

Ejus est non nolle, qui potest velle.

Velle non creditur, qui obsequitur imperio Patris, vel Domini.

IV.  
De Furioso & Pupillo.

In negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum, qui fari possunt, quamvis actum rei non intelligerent; nam furiosus nullum negotium contrahere potest: pupillus omnia, Tutore auctore, agere potest.

De eo, qui ad alium vult transferre hereditatem. Non vult hæres esse, qui ad alium voluit transferre hereditatem.

V.  
De Testato, & Intestato.

Jus nostrum non paritur eundem in paganis, & testato & intestato decessisse, earumque rerum naturaliter inter se pugnare est, testatus, & intestatus.

VI.  
De Jure Sanguinis.

Jura sanguinis nullo Jure Civili dirimi possunt.

VII.  
De obscuris.

Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur.

VIII.  
De Commodis, & Incommodis.

Secundum naturam est, commoda cujusque rei cum sequi, quem sequentur incommoda. Reiffershuë Jus Can. Tom. VI.

IX.  
De Translacione Domini.

Id, quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.

X.

De Interpretatione Testamentorum.

In testamentis plenius voluntates testantium interpretantur.

XI.

De Effectu Exceptionis.

Non videtur cepisse, qui per exceptionem à petitione remouetur.

XII.

De Die Obligationis.

In omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur, præsentis die debetur.

XIII.

De effectu actionis.

Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.

XIV.

De imaginaria Venditione.

Imaginaria Venditio non est pretio accedente.

XV.

De Tempore.

Cum tempus in testamento adjicitur: credendum est pro hærede adjutum, nisi alia mens fuerit testatoris: sicut in stipulationibus promissoris gratia tempus adjicitur.

XVI.

De Acquisitione.

Quæ legata mortuis nobis, ad hæredem nostrum transeunt: eorum commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu acquirimus: aliter atque quod stipulati sumus: nam & sub conditione stipulantes, omnimodo eis acquirimus, etiam si libertatis nobis potestate donini, conditio existat.

XVII.

De Conditione contrahentis. vel legatarii. De doli exceptione.

Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus: hæredi autem hoc imputari non potest, cum non ipse cum legatariis contrahit. 1. Non solet exceptio doli nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur.

XVIII.

De Favore Libertatis.

Quoties dubia interpretatio libertatis est, secundum libertatem.